

Institutum & ratio doctrinæ, quæ traditur hoc anno. 1550. in collegio

S. HIERONYMI, DILINGÆ ERECTO & REVERENDISSIMO
Domino. D. Ottone, Cardinale & Episcopo Augstanto.



VONIAM HVIVS TANTAE GERMANIAE CALAMITATIS PRAECIPVACAV
sa existit in opia sanæ Doctrinæ, ac Doctorum, & piorum populi pastorum raritas: ad occurrentum tam graui
malo, uoluit Reuerendissimus Dominus, & ui officij sui, & desiderio salutis germanicæ impulsus, Dilingæ erigere
clericorum studiosorum collegium: ubi aliquamdiu in studio saniorum literarum, & ueræ pietatis enutriti, posse
sent post populum Dei aut famelicum pascere, aut malis cibis corruptum purgare, & bene alere. Quod ut cōmo-
dius fieret, decreuit Reuerendissimus Dominus, usus consilio Doctorum, et piorum virorum, non solum idoneos
Doctores, & studiosos discipulos, quos alat, feligere, sed ipsarum etiam disciplinarum, quæ tradendæ essent, studia
discernere, ne scilicet Grammatica cū Logicis, aut Philosophicis, aut etiam Theologicis inepte confunderentur: aut
hęc contra cum illis. Id. n. non tñ nutrit ac fouet studiosorū inscitiam, sed eos etiā sæpe in absurdos errores coniicit.

Hoc ergo consilio ductus, instituit Reuerendissimus tres magistros in Grammaticis: unū in Logicis, & Philosophicis: & duos in Theo-
logicis.

Ex Grammaticis unus docet Tyrone declinare, coiugare, Syntaxin, & reliqua, quę ad præcepta Grammaticę spectant; ac in necessarijs di-
ligēter discipulos exercet, breuiter percurrens minus utilia, & summa facilitate sine ullo tedium eos promouere, ac ad alios magistros cito mit-
tere studens. Hic laborat mane quidem ab octaua ad decimam usqz: Vespri uero a tertia ad quintam usqz. Porro hic idem magister duobus
diebus in hebdomada paulo post prandium cantare doctores per dimidium horę.

Alter magister interpretatur ab octaua ad decimam usqz Ciceronis Epistolas, & Vergiliū Aeneida, uerborum uires docte explicans, &
figuras, ac lumina orationis diligenter notans: ac semel in hebdomada sedulo requirit à discipulis rationem eorum, quæ audierunt.

Tertius magister interpretatur à prandio à tertia ad quintā usqz Rhetorica Ciceronis: atqz eius artis præcepta simpliciter, & aperte decla-
rata, exemplis ex Cicerone desumptis illustrat, & ea quasi imprimis auditorum animis: Sequundum quæ post summa uigilantia, ac studio
exercet discipulos nunc in epistolis, nunc in declamationibus, nunc in alijs uarijs compositionum generibus.

Hoc anno in Logicis, & Philosophicis non est habitus ullus magister: tū quia Theologiæ auditores iam ijs disciplinis instructi erāt: tum
etiam quia alijs studiosi non satis adhuc idonei ad ea studia iudicati sunt. Sed Christo duce habebitur statim initio anni sequentis, qui omni-
bus inutilibus & spinosis reselectis, solum tradet utilia, & necessaria futuro Theologo.

In Theologicis duo sunt & doctrina & pietate insignes viri: quorum unus mane à septima ad octauam usqz sacras literas interpretatur
magna cum pietate & doctrina, ex sanctis patribus collecta, suos discipulos nost à prandio à prima ad secundam usqz exercet utilibus & mo-
destis collationibus eorum quæ mane audierunt. Hic porro Doct̄or suæ interpretationis initium sumpsit ab epistolis Pauli ad Timotheum,
& Titum, ac à libris S. Augustini de Doctrina Christiana: q̄ in illis uideatur Paulus declarare nō solum quid Doctores Theologi docere,
sed quid etiam potissimum discipuli in studio sacræ doctrinæ attenderet debent: in his uero Augustinus optime præparet sacrarum litera-
rum studiosos ad dignam earum tractationem. Mox autem post Quadragesimam paricura & pietate explicaturus est Euangelicā historiā.

Alter uero Doctor Theologus uesperi à tertia ad quartam usqz simili studio ac uigilantia interpretatur secundum librum Magistri sen-
tentiarum, abstinentis omnino ab inutilibus quæstionibus, quæ adificationem Dei non præstant, ut inquit Paulus, atqz utilia & necessaria
aperte & eruditæ explicans, ac ea testimonio sacræ scripturæ, & sanctorum patrum autoritate confirmans. Hic etiam audit suos discipulos,
cum modestia & candore animi conferentes quæ audierunt.

Præterea decimo quinto quoqz die publice præsentibus doctoribus Theologis habentur disputationes Theologicæ, nō clamoribus con-
tentiosis & inutilibus quæstionibus agitatæ, sed ingenua, & pia moderatione tractatæ: ubi ueritas Catholicæ, & sanæ doctrinæ modeste in-
quiritur, & sic inuenta uehementius amatur, & animis auditorum altius infixa manet.

Postremo ad hanc de studiosoruī studijs recte dirigendis commemoratam diligentiam accedit uigilantissima cura informandis eorum
moribus ad pietatem, atqz ad eam uitam, cuius exemplo pastores boni, & ecclesiastici gregem sibi commissum pascere debent: tum quotidie
attenta animorum reuerentia sacrum audiendo, breues quasdam ac selectas preces recitando, & deniqz in omnibus modeste & sobrie se ges-
rendo: tum etiam statutis quibusdam diebus nunc pias & eruditas conciones, nūc catholicas, & sanctas Catechismi institutiones ex ore dos-
torū Theologorum animis excipiendo. Quæ sane morum institutio etiam si sola hic fuisset, maximum tamen inde consequuturum fru-
ctum, fauente nobis domino nostro Iesu Christo, facile speraremus.



159

Григорий Бобошко. 1220. коллекция

Dumont, D. Oceans Change - The Decade ahead



100c each County under doctor's care and County of residence, \$2500.00. House payment, \$2500.00. Each county under doctor's care and County of residence, \$2500.00. House payment, \$2500.00. Each county under doctor's care and County of residence, \$2500.00. House payment, \$2500.00. Each county under doctor's care and County of residence, \$2500.00. House payment, \$2500.00. Each county under doctor's care and County of residence, \$2500.00. House payment, \$2500.00.